



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

§. 15. Bona opera à præstigiatoribus liberabuntur, si oculos vestros in Deum fixeritis, componentes fructuram, quam Deus statuit candelabri luminum, & Altaris aromatum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53012](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53012)

accipe, quod quanto diligentius hoc egeris tanto Deus amplius in se suscipiet illa detegere, & oculis precipuorum huius mundi exponere, summa cum vestra gloria, efficiendo, vt ipsimet potentissimi coronam capiti vestro imponant, & summis te præconiis extollant: hoc est enim quod (teste Origen.) prædixit Dauid: *Et educet quasi lumen iustitiam tuam, & iudicium tuum tanquam meridiem.* Pensandum est verbum illud. *Educat;* videtur enim creationi lucis alludere, quam, dixit D. Paul. Deum de tenebris produxisse. *Deus qui dixit de tenebris lucem splendescere.* Eodem planè modo educet in conspectu totius mundi lucem tuorum bonorum operum, quæ in ipsis profundissimæ noctis tenebris patrali, & ea quæ operatus es inter obscurissimas umbras, in lucem meridianam producet spectanda, te nesciente quomodo, aut quâ ratione: de quibus alias egimus perlatè explicantes diuersa loca S. Scripturæ, & historias sanctorum notari dignissimas. Hoc autem nota, fortissimum & magnanimum hunc Moysen non admisisse laudes has, nec gloriam sibi à Pharaone oblatam, superponente eo capiti eius regium diadema, è contra verò pedibus suis subtrauisset: hoc enim tibi agendum de præclarissimis tui laudibus, quibus te mundus excipiet, subterne illas pedibus tuis, protere, conculca: quære autem & opta, vt honor ille Deo cuius est omnè bonum, deferatur.

§. 17. *Bona opera à prestigiatoribus liberantur, si oculos vestros in Deum fixeritis, componens structuram, quam Deus statuit candelabri luminum, & Altaris armarum.*

Explico vobis secundum documentum. Non prohibet vobis Christus opera vestra bona agere in oculis hominum, sed agere illa, pro ipsis prætendendo, vt ipsi vos videant, & attendant vt tu sis eorum scopus, vt te laudent, & bonum habeant, hoc enim dicit: *Ne videaris.* Videant opera vestra, sed tu ne propter illa videaris, sed Deus ipse ob ea extollatur, & glorificetur, & quia ea vident, sint bene edificati, & feruenter excitati, vt similia ad Dei gloriam exquantur. Hoc est, *videant opera vestra bona & glorificent.* non vos sed Deum, *Patrem vestrum* &c. Et vt vno verbo dixerimus, non dicit vobis, vt non exponatis opera vestra bona hominum oculis, sed vt illa exponendo, simul oculos

vestros in Deum dirigatis, non expetendo vestram laudem, & altimationem bonam, sed Dei gloriam, alioque permouere, vt Deum glorificent, & vestrum sequantur bonum exemplum.

Præcepit Deus, vt summo sacerdoti fierent vestes pretiosissimæ opere plumario summo labore, lapidibus maximi pretij intertextis, qui hinc inde lumen, fulgorem quæ dispergerent, quibus sic indutus prodiret in publicum, ostentans, & totius populi oculis vestes has præclarissimas obiciens, voluitque Deus, vt omnes oculos suos in eas dirigerent, earumque pulchritudine oblectarentur. Idcirco vocavit Spiritus S. hunc vestium ornam. *Desideria oculorum.* De quo particulariter scribit D. Hieron.

Verumtamen voluit Deus, vt sacerdos præter hunc ornatum, gestaret in fronte laminam auream ante oculos, in qua sculptum erat ineffabile Dei nomen: quasi quis dicat. Exponat Pontifex magnificas vestes suas oculis totius populi, & cuncti suos in illas deflectant, Pontifex vero suos in solum Dei nomen. Hoc agere conuenit viro sancto, viro in vera pietate bene instructo & fundato, Apostolicæ vitæ imitatori.

Apostolis enim ait Christus, vt vestibus induantur pretiosis, fulgentibus, vestibus lucis, & eas omnium oculis exponant; *Sic luceat lux vestra* &c. Illi vero suos in solum Dei nomen dirigant. Plus æquo est Episcopum dare elemosinam in conspectu totius populi, & omnes Magnates & nobiles accedere ad confessionem, ad sacram Synaxim, visitare nosocomia. Et vos videant, & Domini, famuli vestri Ecclesias frequentantes, obeuntes vestras stationes. Vos quoque videant & Dominæ, filie vestra, pedisequæ & ancillæ intrantes oratorium, multam temporis contemplationi rerum Diuinarum impendentes, oculos suos in vos colliment; vos vero non in ipsos, sed in solum Deum; his optantes solam eius famulatum; sicque nullum damnum sed magnum vobis lucrum prouenit. Tàm est difficilis quàm admirabilis philosophiæ doctrinæ sententia quædam prolata à Spiritu S. per os Salomonis: *Fascinatio nugatrix obscurat bonum.* Quæ meo iudicio, sic sonat. Fascinatio vana obscurat, & bonorum consumit pulchritudinem, obtundit, & obumbrat.

Conueniunt omnes Philosophi, insuper & oculorum viri sanctitate præclari, (vt alias notauimus) fascinatio ipsa inuenti oculos quosdam, qui solò visu fascinant, non prestigiis, seu magicis artibus, sed vi quædam naturali. Quosdam est inuenire

Ecol. 45.
14.
Epist. 128.
ad Fabiol.

Superior.
ri, incum-
bit aliis
præluce-
re.

Sap. 4. 22.
11.
Quid sit
oculorum

Traff. 2.
24. 31.

stelle

Hom. 11.
de inu-
dia.

(teste Basil) tam peruersi qualitatibus infectos, ut etiam oculis suis eas eiciant, & per illos exeant, velut per quosdam canales, solo visu fascinent, & corrumpant ea, quæ sunt tenera ac delicata. Videbis puerulum venustate gratissimum, solem dixeris tibi admirationi, arietem, festiuium, luctibundum, ipse totus tibi aridet; pauco interlapso tempore, contuèris eum languentem, decolorem, eristem, capite incliuatum, emorientem, qui solis ossibus hæreat; et nescias quomodo, vel unde hoc illi aduenerit: quereris: fascinauerunt puerulum, prælligium quoddam malis obscurauit eius pulchritudinem vigoremque consumpsit. Quomodo credis fieri hoc prælligium? Dicunt naturalista fieri concursu & occulta oculorum amborum; quando ambo se mutuo aspiciunt, fascinator puerulum, & puerulus fascinator. Quod si solus fascinator aspiciat infantulum, non verò ipsum infantulum, è contra autem desigat oculos in patrem, vel nutricem, nihil ei nocere possunt fascinatoris oculi. Præcellens philosophia, & magnum hoc est secretum in operibus naturalibus, & maius quoddam in virtutum operibus. Hominum oculos bene dixeris similes esse oculis fascinatoris, qui visu rapiunt bona opera, ea deperdunt, & ita demittunt, ut solis ossibus hæreant, sicut ex illis nihil reliqui maneat, quam quædam exterior figura & ornatus. Hoc verò fit quando est occulus oculorum; & hi qui ea opera faciunt, homines intuentur, desiderantes ut ipsi eos etiam intueantur, & homines reipsa eos intuentur. Sic contingit infaustis Pharisæis hypocritis; exercebant magna & multa virtutum opera, ieiunia, elemosynas, orationes, sed fascinabantur, & obscurabantur, & perdebantur; solâ ipsis remanente exteriori figurâ & decore. Fiebat enim oculorum & visus occulus, quo ipsi homines intuebantur eâ intentione, ut ab ipsis vicissim viderentur, & laudibus extollerentur, & eadem intentione alij eos intuebantur, laudibusque extollebant. *Omnia sua faciunt, ut videantur ab hominibus.*

Mat. 23. 5. *nia sua faciunt, ut videantur ab hominibus.*
I V Quando volebant dare elemosynam tubâ cæcinebant, ut alij oculos suos in eos desisterent, & clinans nihil ipsi aliud quærebant, quam alios intueri. Ut orarent, vicos & angulos captabant platearum, in conspectu omnium qui illac transibant. Infelices! talia enim opera præstigijs inficiebantur, & fascinatio vana, quæ omnia in vanâ laudem euanescebant, hæc enim consumebat & exedebat eorum valorem, ipsi quoque cum operibus suis incapaces permanebant omnis iuris ad aliud quodcumque præmium, quàm id, quod ex vanâ

laude recipiebant. Tu autem, ait Christus, *eum ieiunans*, quod tibi præstandum est, hoc fit, fuge occursum oculorum, te videant homines, te ne confpexeris illos, ut ab illis videaris. Desigant ipsi oculos suos in opera tua, tu autem tuos sursum dirige in Patrem caelestem. *No videam hominibus ieiunans sed Patri suo.* Si largiris elemosynam, ad Deum oculos tuos conuertere, eumque in paupere considera, sit illa tua intentio, eam ipsi Deo & ob eius amorem elargiri. Si te iunus, sit ita, dirigendo cogitatum tuum in eum, intendens carnem tuam mortificare, ut illi meliori modo deseruias. Si confitearis peccatam, si reuerendo Christi corpore pascaris, si Sacro intersis, si orationes obambules: hæc ita fiant ut primùm oculos tuos sursum dirigas ad Patrem tuum caelestem, optans ei seruire, & desiderans, ut in hoc opere glorificetur. Hoc est secundum litteram, quod Dominus nobis voluit dicere verbis illis, quæ paulo ante ponderanda habebamus: *Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum qui in cælis est.* Opinatus est Venerabilis Beda, Christum voluisse tangere, id quod Deus antiquitus disposuerat circa fabricam candelabri laminum & altaris aromatum; quæ Moysi præcepit fieri in mysterioso illo Tabernaculo. Fac tibi, inbet Deus, tabernaculum de pulcherrimis cortinis, quas tribulæ ex lignis lectin id est incorruptibilibus connectant. Habebat hoc tabernaculum in prima & principali parte quadrangulum speciosum optimè compositum, quod sit quasi locus mex habitationis, quocirca in ipso stantes Arcam, scabellum pedibus meis cum proprietario, quod duo sustineant Cherubim, quasi sedem quietis mex, in qua assistam ego ut Deus, Rex & Dominus vester. Partem hanc cooperies velo pretioso ex Hyacintho, purpura, bysso &c. & vocabitur *Sancta Sanctorum*. Quo nemini licitum erit ingredi, nisi soli Pontifici semel in anno, ut pro totius populi peccatis preceator intercedat. Immediatè autem hæc exstrues secundam partem, quæ vocetur *Sancta*: quam soli sacerdotes intetate poterunt, hic duo pones Primum candelabrum totum ex auro ductile, habens septem calamos modò protinus singulari elaboratos: *Facies & lucernas septem & pones eas super candelabrum*, quæ semper lucebunt ante *Sancta Sanctorum*. Quasi coram me & præcipies filiis Israel, ut in nutrimentum ignis adferant tibi oleum purissimum, non de lino, vel nucibus, vel cetis, sed de arboribus oliuarum: *Afferant oleum de arboribus oliuarum purissimum*.

ut ardeat lucerna. Ardebunt verò semper hæ lampades, claram continuò lucem emittentes à mane usque ad vesperam, & à vespera usque in manè. Iuxta candelabrum hoc, quod lucebit ante Arcam, & consequenter coram me collocabis altare incensum & aromatum, in quo mihi offeres aromata Thymiamatis composita ex diversis suave olentibus aromatum speciebus.

Altare hoc primò debet fieri ex ligno incorruptibili, De lignis Setin; Secundo habere cubitum longitudinis, & alterum latitudinis, sic ut sit quadrangulum. Tertio pones in angulis pyramides ex auro, rectas, ut flammæ ignis, & videantur quasi volitare & sursum ferri: hoc significat: Ex ipso procedent cornua. Ut probat Lipoma. Ultimo circumdabis ei coronam ex auro, instar aureolæ, qua victores coronantur: Facies

Coronam aureolam per circumdabis. Hic, ait Deus; offerantur mihi aromata bene olentia, & quæ nemini alteri possunt incendi, sub pena capitis. Homo quicumque fuerit simile, ut odore illius perfuatur, verbi de populis suis. Hoc erat ex officio præcipuus sacerdotum, ingredi locum illum dictum Sanctum: & semper manè odoriferum incensum offerre Deo, itidem & vesperi. Et hoc ipsum fuit, quod intendebat Zacharias Pater Joannis Baptistæ quando irranti hunc locum, ut fungeretur hoc officio: Apparuit ei Gabriel

Angelus; stans à dextris altaris incensi: ut narrat D. Luc. candelabrum hoc, & altare. (sic vult Deus) sint simul coram me & hoc agendum est, ut ad vesperam intrent Aaron & filij eius sacerdotes, ut componant lucernas, infundant oleum, & eruant eas ut clarè tota nocte luceant; & idem prælabant ad ortum solis, ut toto die fulgeant, sic vero eo modo, quod componentes lucernas, ut luceant, pariter incensum & thymiamam ponant in altari incensi, ut vapor & odor fragrantia ascendat coram me. Et adolebit incensum Aaron suave fragrans manè, quando compones lucernas, accendet illud. Et quando collocabis eas ad vesperam, vres thymiamam sempiternum coram Domino in generationes vestras. Aduertit D. Augustinus quod alia littera habet: Et incendet super illud incensum continuationis: Quibus verbis significare Dominus intendit, illius actus continuationem, & credo quod itidem voluerit declarare quòd ita simul deberent adesse candelabri lampades, & suave fragrans incensum coram Deo, ut quasi essent inuicem continua. Insuper id aduertit antiquus & celebris Philo, quod in tota illa fabrica altarium & sacrificiorum, hoc quod pro primo locabatur fundamento, fuerit adolere

incensum & aromata bene olentia coram Deo: Non est fas immolare foris, hoc est in altariibus holocaustorum & sacrificiorum, quæ erant extra secundam hanc partem tabernaculi: Prinsquam intus à summo neome factus sit iustificatus.

Quis hæc suprema mysteria non admittetur, & quam sunt omnia nostro themati maxime conuenientia: Candelabrum hoc hominem Christianum designat, Dei misericordia in tabernaculo Ecclesie lux constitutum: Totum ex auro, ob fidei puritatem, cuius symbolum est aurum purificatum, purum & defecatum seu impurum: & ob hanc rationem septem illi Episcopi (teste Rupert.) quos Deus D. Joanni Euangelistæ ostendit, visi sunt sub sehemate septem candelabrorum aureorum, ob fidei puritatem: Et ob eandem rationem Hiero. Prophe-

ta, (ut notat D. Gregor.) ut exponeret, quomodo Synagoga fides paulatim deficeret, vltus est hæc metaphora: Quomodo obscuratum est aurum. Est autem candelabrum ductile malleorum ictibus formatum: non enim credat vir Christianus sibi solam fidem sufficere, sed quòd insuper expoliri & elaborari debeat penitentis, molestiis, mortificationibus, & persecutionibus, iuxta id quod ait D. Paul. Omnes qui pie volunt viuere in Christo Iesu, persecutionem patientur.

Ut luceat, à Christo collocatur in Ecclesia, & ut operibus sanctis resplendeat, quæ lucis opera dicuntur: Collocabunt illud Aaron, filij eius, ut luceat coram Domino. Tales hi erunt, quibuscum loquebatur. D. Paul. Lucetis sicut luminaria in mundo: & ad hoc nos exhortatur: Nox præcessit, dies autem appropinquauit, abijciamus ergo opera tenebrarum & induamur arma lucis. Nox præcessit, in qua cum infidelitatis tenebris omnia nostra opera, opera erant tenebrarum: illuxit iam lucis Euangelicæ dies: sicut autem in noctis obscuro, cuncta nostra opera, tenebrosa erant, ita sint in hac die lucis, fulgentia, lucida, clara: Sicut autem numero septem, secundum virtutum septenarium: quarum tres sunt Theologicæ, & quatuor Cardinales: vel significant opera omnis generis virtutum: septenarius enim numerus, teste D. Greg. in S. Scriptura quandam designat vniuersitatem.

Quocirca relucendum tibi est omni genere virtutum: pius sis oportet & religiosus respectu Dei: per orationem ad illum recurrens, & humiles effundens querimonia: fidelis, eius sanctam fidem confitendo: patiens, molestias quaslibet perferendo, quas tibi immitte; gratus, recognoscendo eius beneficia, quæ ex diuina

VI: Candelabrum hoc hominem Christianum designat, Dei misericordia in tabernaculo Ecclesie lux constitutum: Totum ex auro, ob fidei puritatem, cuius symbolum est aurum purificatum, purum & defecatum seu impurum: & ob hanc rationem septem illi Episcopi (teste Rupert.) quos Deus D. Joanni Euangelistæ ostendit, visi sunt sub sehemate septem candelabrorum aureorum, ob fidei puritatem: Et ob eandem rationem Hiero. Prophe-

ta, (ut notat D. Gregor.) ut exponeret, quomodo Synagoga fides paulatim deficeret, vltus est hæc metaphora: Quomodo obscuratum est aurum. Est autem candelabrum ductile malleorum ictibus formatum: non enim credat vir Christianus sibi solam fidem sufficere, sed quòd insuper expoliri & elaborari debeat penitentis, molestiis, mortificationibus, & persecutionibus, iuxta id quod ait D. Paul. Omnes qui pie volunt viuere in Christo Iesu, persecutionem patientur. Ut luceat, à Christo collocatur in Ecclesia, & ut operibus sanctis resplendeat, quæ lucis opera dicuntur: Collocabunt illud Aaron, filij eius, ut luceat coram Domino. Tales hi erunt, quibuscum loquebatur. D. Paul. Lucetis sicut luminaria in mundo: & ad hoc nos exhortatur: Nox præcessit, dies autem appropinquauit, abijciamus ergo opera tenebrarum & induamur arma lucis. Nox præcessit, in qua cum infidelitatis tenebris omnia nostra opera, opera erant tenebrarum: illuxit iam lucis Euangelicæ dies: sicut autem in noctis obscuro, cuncta nostra opera, tenebrosa erant, ita sint in hac die lucis, fulgentia, lucida, clara: Sicut autem numero septem, secundum virtutum septenarium: quarum tres sunt Theologicæ, & quatuor Cardinales: vel significant opera omnis generis virtutum: septenarius enim numerus, teste D. Greg. in S. Scriptura quandam designat vniuersitatem.

Quocirca relucendum tibi est omni genere virtutum: pius sis oportet & religiosus respectu Dei: per orationem ad illum recurrens, & humiles effundens querimonia: fidelis, eius sanctam fidem confitendo: patiens, molestias quaslibet perferendo, quas tibi immitte; gratus, recognoscendo eius beneficia, quæ ex diuina

39
VI:
Candelabrum hoc hominem Christianum designat, Dei misericordia in tabernaculo Ecclesie lux constitutum: Totum ex auro, ob fidei puritatem, cuius symbolum est aurum purificatum, purum & defecatum seu impurum: & ob hanc rationem septem illi Episcopi (teste Rupert.) quos Deus D. Joanni Euangelistæ ostendit, visi sunt sub sehemate septem candelabrorum aureorum, ob fidei puritatem: Et ob eandem rationem Hiero. Prophe-
ta, (ut notat D. Gregor.) ut exponeret, quomodo Synagoga fides paulatim deficeret, vltus est hæc metaphora: Quomodo obscuratum est aurum. Est autem candelabrum ductile malleorum ictibus formatum: non enim credat vir Christianus sibi solam fidem sufficere, sed quòd insuper expoliri & elaborari debeat penitentis, molestiis, mortificationibus, & persecutionibus, iuxta id quod ait D. Paul. Omnes qui pie volunt viuere in Christo Iesu, persecutionem patientur. Ut luceat, à Christo collocatur in Ecclesia, & ut operibus sanctis resplendeat, quæ lucis opera dicuntur: Collocabunt illud Aaron, filij eius, ut luceat coram Domino. Tales hi erunt, quibuscum loquebatur. D. Paul. Lucetis sicut luminaria in mundo: & ad hoc nos exhortatur: Nox præcessit, dies autem appropinquauit, abijciamus ergo opera tenebrarum & induamur arma lucis. Nox præcessit, in qua cum infidelitatis tenebris omnia nostra opera, opera erant tenebrarum: illuxit iam lucis Euangelicæ dies: sicut autem in noctis obscuro, cuncta nostra opera, tenebrosa erant, ita sint in hac die lucis, fulgentia, lucida, clara: Sicut autem numero septem, secundum virtutum septenarium: quarum tres sunt Theologicæ, & quatuor Cardinales: vel significant opera omnis generis virtutum: septenarius enim numerus, teste D. Greg. in S. Scriptura quandam designat vniuersitatem.
Quocirca relucendum tibi est omni genere virtutum: pius sis oportet & religiosus respectu Dei: per orationem ad illum recurrens, & humiles effundens querimonia: fidelis, eius sanctam fidem confitendo: patiens, molestias quaslibet perferendo, quas tibi immitte; gratus, recognoscendo eius beneficia, quæ ex diuina

eius manu suscipis. Sis iustus respectu proximi, cuique quod suum est, dando; misericors pauperibus afflictis consolator necessitate oppressis eleemosynarius. Tui respectu sis compositus, penitens, corpus tuum mortificando, & domando appetitus inordinatos, ieiuniis, penitentia, vno verbo eorum dixerit: id age ad quod te monet D. Paul. *In omni opere bono fructificantes.* Luminaria hæc non tibi debent oleo charitatis: per illud enim bene charitas intelligitur: ut enim cæteris liquoribus oleum super-naturata, sic cæteris virtutibus charitas. Audi sic docentem Apostolum D. Paul. *Nunc autem manent fides, spes, charitas, tria hæc: maior autem horum est charitas.* Et iterum: *Super omnia autem charitatem habete, quod est vinculum perfectionis.*

Est autem hæc necessaria: sine illa enim, licet eminentissima in sua specie exerceas opera, & ad multa vobis sint utilia, nullum tamen eorum ad æternæ gloriæ meritum, valere potest, ut profequitur idem D. Paul. solemniter illa inductione. *Si linguæ hominum loquar & Angelorum, charitatem autem non habeam &c. si habuerit fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habeam, &c. si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas &c. si tradidero corpus meum, ita ut ardeam, charitatem non habuerit &c. nihil sum.* Attende, quam bene Deus candelabri fabricam componat; verumtamen scito, mentem eius esse ut candelabrum ad latum statuatur, & sic ei quasi contiguum altare Thymiamatis, quod Deum versus ascendit: hoc inde discas, ut peragens opera tua lucis, odorem bonum, & eorum luam fragrantiam Deum versus & caelum remittas, eiusdem tantummodo gloriam, non tuam affectando: sic cor tuum altare ex talibus conditionibus, quæ huic correspondent.

Primo ex ligno incorruptibili, affectus carnales edomando iuxta D. Petri consilium. *Vi per hæc efficiamini Divina consortes nature, fugientes eius, qui in mundo est concupiscentia corruptionem.* Et in eo pyramides, quæ sic vocantur, ex figura & similitudine flammæ ignis, ex Græco nomine *pyra* ignis: hoc est ex corde vestro serantur sensum affectus, & in altum volitent, instar flammæ ignis, monente nos D. Paulo: *Qua sursum sunt querite, non qua super terram.*

Sunt autem instaur affectus vestri, solam Dei gloriam spectantes, & eius oculis studentes com- placere. *Ne videaris hominibus ieiunans sed Patri tuo qui in caelis est.* Sic Christus tibi consulit. Sic

altare illud quadrangulum, in signum constantis & stabilitatis, quod sic V. Beda exponit: *sunt semper oculi vestri defixi in Deum, quando opera vestra bona facitis, nec eos unquam in homines deflectatis: ut possit de vobis, dici id quod Spiritus S. commendat in illa Sancta muliere Anna Samuelis Prophetæ matre: *Vultus illius non sunt amplius in diversa mutati.* Hinc ascendat fumus suavissimus vestrorum bonorum: quæ velut aromata ex diversis virtutibus composita ignis ille charitatis ad Deum mittat prolevari: *Non nobis Domine, non nobis, sed nomen tuo da gloriam.**

Ex hoc altari procedit corona seu aureola: sola enim illa coronabuntur in caelo opera, quæ eo modo sunt facta; quare deficiente hac conditione, Phariseorum opera, licet in suo genere, & in se bona; hæc tamen coronâ seu præmiò priuabuntur, quia eorum lauream ab hominibus receperunt, teste Christo: *Receperunt mercedem suam;* & licet candelabra essent quæ exterius lucebant, operibus in specie sua factis, altare tamen thymiamatis & suave odientium aromatum non exererunt, Deo opera ista non retulerunt. Et hoc (docet V. Beda) oportet sit vestrum exercitium quotidianum: cum candelabrum sit autem ob puritatem fidei, & credis bonorum operum retributionem, omni maris composita lucernas tuatum potentiarum & sensuum, cumque illas, ut clarè fulgeant, intellectum tuum adhibus fidei, voluntatem tuam affectibus amoris, manus tuas eleemosynis, orationibus & divinis laudibus os tuum, gressibus sanctis ad hospitalia & stationes pedes tuos: Patrem lumen deprecare, ut tibi lumen suum concedat, ut ipse alios quoque bono tuo exemplo vales illustrare: oratio tua sit illa Davidis. *Tu illumina lucernam meam Domine Deus meus, illumina nebrae meas.* Domine mi, Pater es lumen: sine te lux boni operis non fulget, si tu Domine lucernas, potentias animæ meæ tuæ claritatis lumine non accenderis. Hanc mihi præstam gratiam, ut omnes potentia: vim mearum lucernæ bonis operibus eluceant. Faveto mihi, ut ore confitear tuam solam fidem, & peccata mea: auribus divinam doctrinam & laudem: manibus adiuvem in necessitate pressos: pedibus curram in satisfactionem peccatorum. Eadem lucernas præparato ad vesperam stricto conscientie examine, Deo gratias agens, pro eo, quod egisti bono, si quid egisti, & pro delictis veniam deprecans. Cum sis igitur tot lucernarum candelabrum, quot tibi potentias & sensus Deus est largitus

largitus ad bene operandum, lucto, homines fugiendo. *Luceat lux vestra oram hominibus, ut videant opera vestra bona.*
 Cum autem altare aromatum erexeris, id est, cor tuum, pariter primò omnium, offert Deo operum tuorum suave fragrans thymiana, ut sint in eius honorem, hæc tua sit mens, & exemplò tuò ceteri Deo seruiant, cuiusque nomen glorificent. *Ut videntes opera vestra bona glorificent Patrem vestrum qui in caelis est.* Conuenit Magistro discipulus & D. Paul. Christo: dum sic monet
Sive ergo manducatis, sive bibitis, sive aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite. Et hoc idem tibi incumbit, in quolibet sacrificio, quod Deo consecras, siue penitentiæ pro peccatis tuis, siue orationum, Confessionis, Communionis, siue elemosynarum antequam illa offeras, pro fundamento sacrificium facito incensi & aromatum, sanctâ tuâ intentione remittendo, quidquid sis arctatus, in summi Dei honorem, velut cui primariò & principaliter opas complacete, seruire & gratulari.

§. 16. Imaginare te adflare conspectui Dei, quando ieiunas, & in eum tuos desige oculos cum Dauide, & ut sancta Ezechielis animalia.

SI autem scire desideres, quomodo hæc possis in praxim redigere, accipe doctrinam D. Chrysost. quam dedimus a. & consulit ad iher. D. Bern. b. quando bonum aliquod opus aggredieris: imaginare tibi excelsum quendam thronum, in quo tibi proponis Deum sedentem totò in cælesti curia circumcinctum, te verò in conspectu diuinæ Maiestatis & celsitudinis adstantem, eò planè modo, quò dicit D. Paul. ad Iulio Moysen: *Qui inuisibilem, tanquam videns sustinuit.* Recogita, Deum cum toto suo cælo te spectantem. Hoc est agere id, quod dicit Spiritus S. de iusto: *Qui in sensu cogitabit circumspersionem Dei.* Qui sibi imaginabitur, se adesse conspectui Dei, qui intueatur attentè & circumspiciat id omne, quod operaris.

Notatu dignum est verbum hoc: *Circumspersionem:* declarat enim, Deum non simpliciter seu perfuntoriè opus intueri, sed videre, iterumque videre, ex omni parte circumspicere, eius est, circumspicere, quod bene dixit D. Aug. *Tu es enim spirituum ponderator, & vtrum radix dulcis sit, an amara, de qua foris pulchra folia cernuntur.* Hieron. Bapt. de Lanuza, Tom. 1.

mitantur. Tu index interius melius ipse nosti & etiam medullas radicum subtilius perscrutaris. & non solum intentionem; sed radicis eius medullam intimam discretissimâ tua lucis veritate colligis numeras, intueris, & consignas, ut reddas unicuique non solummodo secundum opera, vel intentionem, sed etiam secundum interiorem absconditam medullam radicis, de qua procedis intentio operantis.

Magni sunt hæc ponderis verba: Imaginare tibi in sensu tuo Deum residentem, illò modò perscrutantem opera tua, cor tuum, intentionem tuam, Medullas radicum intimas &c. In omnibus que agis (hoc te D. Bernard.) Deum esse presentem cognosce. Et considera supremam tantamque Maiestatem, profundâ humilitate offerro illud, quod agere intendis, vilem tuam paupertatem agnosceas, & quam nihil sis, ei referens gratias infinitas, quod sibi placuerit obsequium suscipere tam abiectæ creaturæ, & vermis proiecissimi, inque in rebus, quæ illi tam parum conducunt.

Hoc autem agebat Datus, homo secundum cor Dei: *Prouidebam Dominum in conspectu meo Ps. 138.* semper Hæc mihi erat perpetua sollicitudo. semper mihi ante oculos Deum considerare præsentem. Aduerte cum D. Basil. illud semper, quod *Lib. 1. de bene capietur, ex declaratione alicuius difficultatis circa mysteriosa illa animalia, quæ Deus or reg. 21. ostendit Ezechiel, nobis in his verissimum indicans symbolum suorum sanctorum. Dicit de reg. sus. illis primò Propheta: Vbi erat impetus spiritus ill. reg. 5. luc gradiebantur, nec reuertebantur cum ambula. Cap. 1. 12. ront.* Et duabus lineis infra, statim dicit: *Avi. Cap. 1. 14. mala ibant & reuertebantur in similitudinem hominum fulguris coruscantis.* Opponit D. Gregor. subsiste Ezech. paulisper, o propheta, videtur quod cum vix rem vnâ dixeris, statim illam recantes. Si dicitis: *ibant & non reuertebantur, quomodo stas. Locus E. tim adiungis: ibant & reuertebantur. Valde sibi zechielie hæc videntur esse contraria: ibant & non reuertebantur, & ibant & reuertebantur.* explica.

Vila fuit aliquibus tanta hæc difficultas, ut tunc referente D. Hieron. opinati sint & voluerint se: *In e. 1. c. 1. cundam hanc sententiam eradendam, cum tam Ezechiel, contraria priori videatur, dixeruntque Septuaginta Interpretes eam ex proprio cerebro addidisse.* Non potest hoc dici, replicat D. Hieron. nec tale responsum admitti: quia iuxta illud, multas deberemus ex sacro textu expungere sententias, quæ sibi videntur contrariæ. Videto illipsum in Proverbis quod duas simul ponat sententias: *Primam: Ne respondeas stulto iuxta Prou. 26. stultissimam suam, ne efficiarū ei similis. Secundam: 4. 5.*

Responde